



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurgit ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 3. Quo sensu dici possit, Deus gratiam suam omnibus offerre?

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. III.

Quo sensu dici possit, Deus gratiam suam omnibus offerre?

EX quibus ulterius patet, posse quodam non improbando sensu dici, Deum gratiam suam omnibus offerre:

Deus enim, ait idem S. Thomas, quantum L. 3. con. in se est paratus est omnibus gratiam dare, vult gent. c. 159.

Psi. 77. v. enim omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, ut dicitur I. ad Timoth. 39.

a in Psi. 77. cap. 2. sed illi soli gratiam privantur, qui in se b 1. de voc. ipsis gratiae impedimentum praestant. Verum gent. c. 7.

c L. de incar homo à justitia in peccatum libero prola- e grat. c. psus arbitrio, Spiritus est vadens & non re- 22. diens, ita scilicet, ut cum unanimi a Au- d Ser. de gustini, b Prosperi, c Fulgentii, d Ber- cant. Ezech. nardi, e Richardi à S. Victore, f Bona- c. 2. serm. 84. supra venturæ consensu exponit g S. Anselmus, cant. cap. 3. ut merito suo de peccato in peccatum usque in e L. de po- abyssum peccatorum sine fundo, hoc est, profundo test. lig. & sine estimatione demergatur, nisi misericordia sol. cap. 2. f De Trib. retineatur. Atque ita ut ibi quoque sub- tern. pecc. jungit S. Thomas, non est omnino in potestate cap. 4. ejus nullum impedimentum gratiae praestare. g L. de conc. Quamvis autem illi qui in peccato sunt, vi- grat. & lib. tare non possint per propriam potestatem, quin L. 3. cont. impedimentum gratiae praestent vel ponant, nisi gent. c. 160 auxilio

auxilio gratiae præveniantur: nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defectus ex culpa precedente in eis relinquitur. Sicut ebrius ab homicidio non excusat, quod per ebrietatem committit, quam suâ culpâ incurrit. Præterea licet ille, qui est in peccato non habeat hoc in propria potestate quod omnino vitet peccatum, habet tamen potestatem nunc vitare hoc vel illud peccatum. Inde quodcumque committit voluntariè committit, & ita non immeritò, ipsi imputatur ad culpam.

§. IV.

Generalis ista gratiae oblatio quæ juxta hunc sensum admitti potest, peccatoribus nil prodest nisi Deus speciali beneficio ea auferat quibus ipsi ex se semper sunt gratiâ indigni & impedimento.

TAmetsi ergo omnibus hoc sensu Dei gratia sit parata, id tamen peccatori parum est ut ejus particeps fiat: sponte enim peccati servus effectus, ei in se ipso impedimentum præstat, & ut prosequitur idem S. Doctor, *in quantum ordo rerum exigit, gratiam non deberet recipere.* Tamen quia Deus præter ordinem rebus inditum operari potest, sicuti cum cœcum illuminat vel mortuum resuscitat: interdum ex abundantia Cap. 161. bonitatis sua etiam eos qui impedimentum gratiae præstans